Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-682189-p0001-8

Ung

VI-184.

Occaſionalia VI-184.
potiſſimum carmina gratul.
vol. 24. W-Z
(Caſſaiana ut aliis ſegregata)
ſexta ſexaginta. ~~Sch~~. s. 184a.)

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-682189-p0002-3

60

AVSPICATAM NVPTIARVM CELEBRITATEM
VIRI
NOBILISSIMI ATQVE AMPLISSIMI
DOMINI
BERNARDI ZECHII,
SERENISSIMI ET POTENTISSIMI REGIS,
AC PR. EL. SAXONIAE
A
COMMISSIONVM CONSILIIS, ET IN SANCTIORE
PVRPVRATORVM SENATV
SECRETARII,
PATRONI OMNI OBSERVANTIA
SVSPICIENDI,
QVA IN MANVM EI CONVENIT
VIRGO
SEXVS SVI ORNATISSIMA,
IOANNA SVSANNA,
NATALIBVS
IOBINIA,
(11.)
DRESDAE
XI. KAL. IVN. A. R. G. ∞ Iↄ cc VIII.
EX ACADEMIA VITEMBERGENSI
PIA SOLEMNIQVE GRATVLATIONE
PROSECVTVS EST
ADAMVS BRENDELIVS,
PHIL. ET MED. D. AC P. P. EXTR.

VITEMBERGAE, PRELO GERDESIANO.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-682189-p0003-9

VEntis Aeſonio carbaſa dat duce
Aetae quae ſpolium picta ratis petit,
Nec, quaſſata procellis,
Nimboſas Hyadas pauet.

Haec eſt trabs fragilis, ZECHIA quam regit
Pallas, et, liceat lata uago mari,
Ne praeceps eat, acta
Vndis in ſcopulos, cauet.

Sic laetus tumidam traiicio Thetin,
Vellusque ingenii ſciſcitor aureum,
Securusque minacis
Iras deſpicio freti.

Nam Pollux geminus nauigium, leui
Et ſpirans per aquas aura fauonii
Aegaeas Palinuro
Ducit flamine ZECHIO.

Hic

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-682189-p0004-5

Hic muſae Pharus, hic praeſidium meae,
Cui ſancti tabulas officii ſacro
Votivas, hymenaeos
Vt fatis celebret bonis.

Salue auguſta dies! qua placido ferit
Iunonis thalami foedera numine
Illuſtri ſatus atque
Priſco ſanguine ZECHIVS.

Quis fama celebrem neſciat exteris
Oris! quis meritis in patriam diu
Inſignem GENITOREM,
Et noſtrae columen ſcholae!

Nam ſancto reſidens Concilio Patrum,
Preſſas res patriae conſiliis leuat;
Inſtat PATRIS euntis
SPONSVS paſſibus aemulus.

Nec

Nec SPONSAE genus, aut ore micans nitor,
Nec dotes animi, caſta quibus decus
Clarum Virgo meretur,
Vmbris tecta latent atris.

Tentari numeri iam Babylonici
Non debent, lituus neue capi, uigil
Nec uates, quid aues, quid
Signent extaque, conſuli.

Nam Diis auſpicibus foedera pacta eunt,
Et Diis auſpicibus ZECHIA mox Domus
Pulchra prole triumphet,
Victrix temporis inuidi.

Hoc gratans animo compoſito cliens
Poſcit, nec GENERIS, fama et honoribus
Magni, ſit, niſi uaſti
Orbis, terminus ultimus.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-682189-p0006-6

Ung VI 184

VD18
VCA

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-682189-p0007-2

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-682189-p0008-7

AVSPICATAM NVPTIARVM CELEBRITATEM

VIRI

NOBILISSIMI ATQVE AMPLISSIMI

…OMINI

…RDI ZECHII,

…ET POTENTISSIMI REGIS,

…R. EL. SAXONIAE

A

…CONSILIIS, ET IN SANCTIORE

…RATORVM SENATV

…SECRETARII,

…MNI OBSERVANTIA

…SVSPICIENDI,

…MANVM EI CONVENIT

…IRGO

…VI ORNATISSIMA,

…A SVSANNA,

…NATALIBVS

…BINIA,

…DRESDAE

…VN. A. R. G. ∞ Iↄcc VIII.

…IA VITEMBERGENSI

…NIQVE GRATVLATIONE

…ROSECVTVS EST

ADAMVS BRENDELIVS,

PHIL. ET MED. D. AC P.P. EXTR.

VITEMBERGAE, PRELO GERDESIANO.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-682189-p0009-6